Universitätsbibliothek Paderborn

# Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Vincentij Valentini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

profundiſſimi lacus inſtar concluſerũt, hominem que iam ſenio confectum & morbo vexatum, ſub vnius cuiuſdam ſerui poteſtate reliquerũt. Si quid imbecillitati ſuæ conſentaneum petebat, peruerſus ille fores claudebat. Si neceſſitati naturæ ſatisfacere volebat, iniquus ille ſeruus id ei exprobrabat. Cumque hæc pateretur ſtabilis tamẽ aduerſus omnes procellas manebat, & datam Chriſto fidem egregiè ſanctèque ſeruabat.

Tandem verò longo carceris ſqualore fatigatus cùm in læthalem morbum incidiſſet, Cæſar in vrbem Bizantium ipſum tranſtulit, animique ſui duritiam in virum ſanctum nonnihil mitigauit. Itaq; celeberrimus ille ciuitatem ingreſſus ſenio pariter & laboribus fractus, lætus ad ſepulcrum ſuum abijt, quod iampridem videre concupiuerat. Quo viſo Deo gratias agẽs, vt animum ità & corpus ad iter illud felicissimum compoſuit. Mortem enim hilari vultu tanquàm laborum ſuorum finem & veræ lætitiæ initium aſpiciebat. Modulabatur ſibi funebre hoc canticum, Reſurgent mortui, & exurgent qui ſunt in monumentis, & lætabuntur qui ſunt in terra. Hæc cùm & ipſe caneret & alios vt pari ſequerentur alacritate, hortaretur, caput ad dexteram inclinauit, tacitoq; ac leni corporis motu ſanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad iuſtitiæ ſolem perduxerunt.

Mortem vt laborum finem & initium gaudij aſpicit.

Lætus moritur.

---

*VITA S. VINCENTII VALENTINI, cognomento Ferrarij, profeßione Dominicani, ſanctitate, doctrina, miraculisq; clarißimi. ex ea quam quatuor libris conſcripſit Petrus Rauzanus Panormitanus, Ordinis Prædicat. ad Reued Magiſtrum eiuſdem*

*eiuſdem Ordinis Martialem Auribelli. Obijt anno Domini 1418. annumeratusq; eſt inter Sanctos à Calliſto Tertio Papa.*

5. Aprilis. Patria & familia eius.

BEatus Vincentius ex antiqua honeſtaque Ferrariorum familia Valentiæ clariſſima Hiſpaniæ ciuitate oriūdus, parentes habuit morum elegantia & honeſtate vitæ admodum conſpicuos. Qui præter hunc filium egregiū familiæ ſuæ ac patriæ vniuerſæ ornamentum, alios duos genuerunt, quorū vni Petro, alteri verò Bonifacio nomen fuit. Et quidē Bonifacius, qui fuit iuris vtriuſque Conſultus, omnium ſui temporis eruditiſſimus, mortua vxore, hortatu fratris ſui Vincentij Carthuſienſem Ordinem elegit, eiuſque habitum in quodam monaſterio, extra vrbem Valentiam, quod Porta cæli vocatur, ſuſcepit: vbi cum tanto tamque inſigni religionis ſtudio verſatus eſt, vt quarto ab ingreſſu anno in generalem fratrum illorū rectorem electus fuerit.

Frater eius Bonifacius egregius iuriſperitus fit Carthuſianus.

Porrò Vincentius qui non ſine multis magniſque futuræ ſanctitatis indicijs in lucē editus erat, cùm ad fontem regenerationis ab amicis & cognatis delatus eſſet, atque inter illos de nominis impoſitione longa orta eſſet diſceptatio, Sacerdos tædio affectus & diuina ſine dubiò prouidentia motus Vincentio illi nomen impoſuit: quod admirandis illius operibus mirificè congruere inuētum eſt. Vt primum ſextum ætatis annum ingreſſus fuerat, parentes quibus propter incredibilem animi modeſtiam & formæ elegantiam valdè charus erat, literis eum imbuendū tradiderunt, in quibus tantos breui temporis ſpatio fecit progreſſus, vt omnes coætaneos ſuos multis paraſangis ſuperaret. Erat enim puer adhuc, ab omni non modo laſciuia, ſed luſu etiam

Sacerdos illi nomē imponit amicis, de eo multùm diſputātibus.

Sexēnis traditur literis

puerili alienus: & ſi quandò pueris eum adeſſe con-
tingeret, poſt breuem honeſtumque ludum, indicto
ſilentio locum aliquem eminentiorem conſcende-
bat, eaque quæ ab egregijs diuini verbi preconibus
audierat, ſumma cum dexteritate proferebat, &
graphicè admodùm eruditorum Theologorum ge-
ſtus, dicta ac ſententias non ſine audientium ingen-
ti admiratione & ſtupore exprimebat. Anno ætatis
ſuę duodecimo omnibus humanioris literaturę di-
ſciplinis imbutus ad Dialecticæ ſtudium gradum
fecit, in quo, biennio admodùm exacto, tãtum pro-
fecit vt inter omnes facilè primas teneret. Hanc au-
tem eruditionem pari pietate adornabat. Singulis
hebdomadis bis quarta nimirùm & ſexta feria ie-
iunabat, Miſſarum ſolennijs ſumma cum animi de-
uotione intererat, diuini verbi prædicatores do-
ctos pariter & indoctos pia quadam curioſitate au-
diebat. Tanta verò lachrymarum gratia à Dño illi
cõceſſa erat, vt ab ijs deſiſtere valdè moleſtum eſſe
videretur. Iam verò quãta cura ac ſtudio pauperes
fouerit quis explicare queat? Eos enim in domum
paternã receptos lætiſſima fronte reficiebat, & qui-
buſcunque poterat officijs eos ſibi demerebatur,
prorſus vt toto quatriduo tertiam ſubſtantiæ ſuæ
partem illis, ſumma parentũ voluntate erogauerit.

Vide pueriles eius act^a.

Anno ętatis ſuæ duodecimo fit dialecticus.

Gratia lachrymarũ.

Benignitas eius in pauperes.

His tot tantiſque præclaris adoleſcentis virtuti-
bus accedebat illud maxima admiratione dignum,
quòd anno ætatis ſuæ ſecundo & viceſimo inter eos
qui Valentiæ philoſophiam Theologiamque profi-
tebantur, ſummus omnium habebatur. Erat ei gran-
de & acutum ingeniũ cum tenaci & indelebili me-
moria coniunctum, ac continua in ſtudijs perſeue-
rantia: quæ omnia cunctis eum ciuibus Valentinis
mirificè gratum reddebant.

Cùm

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cùm die quadam pater eius in adulto iam filio tantam rerum peritiam, tantamque morũ elegantiam attentius cõſideraret, animo fluctuare cœpit, cui potiſſimùm vitæ generi filium deſtinare vellet. Accerſito igitur ad ſe Vincentio omne animi ſui conſilium ei expoſuit, liberumque fecit vt vel religioſæ vitæ inſtitutum, vel virginem aliquam nobilitate & pari diuitiarum ac formæ gloria præſtantem eligeret, vel poſtremò vt Romæ aut Pariſijs virtute & eruditione ſuum ac familiæ totius nomẽ ſempiternum redderet. Hęc cùm pater dilecto filio propoſuiſſet, eique ſecũdum voluntatem eius optimè conſultum vellet, ità reſpondiſſe fertur: Scito, pater optime, à diuitijs, corporis voluptatibus & ſeculi huius honoribus me alieniſſimum eſſe. Omnem amorem, curam & omnia denique vitæ meæ conſilia in Ieſum Chriſtum ſine aliqua hæſitatione defixi, ideoque in ſacro Dominicanorũ Ordine illi me totum conſecrare conſtitui. Hoc eſt quod à te, mi pater, à matre, & omnibus qui mihi chari ſunt peto, vt hoc poſtulatum veſtra benedictione dignũ faciatis. Hæc Vincentij verba ita patris matriſque animum perculerũt, vt profuſis lachrymis in oſcula & amplexus filij ruerent, & magno cum gaudio de optimo ſanctioris vitæ inſtituto ei gratularentur. In his alijſque huiuſcemodi ſermonibus, maxima illius diei parte conſumpta, altera luce, pater cum filio ad fratrum Prædicatorum conuentum ſeſe contulerunt, & Priori cæteriſque fratribus aduentûs ſui cauſam expoſuerunt. Ea res haud vulgaris eis lætitiæ cauſam attulit. Conſiderabant enim ex illius ſcientia & moribus præſtantiſſimis Ordini vniuerſo multum ſplendoris & gloriæ eſſe acceſſurum. Poſt triduum igitur, die Dominica,

Pater deliberat cui vitæ generi filium deſtinare velit.

Vincẽtij ad patrem oratio.

Pater cum filio Vincentio Dominicanos adit.

*Induit habitum ſacrũ.*

quæ fuit Nonis Februarij, annos natum decem
octo ſacro habitu donarunt.

*Legit ſtudioſe vitã S. Dominici.*

Et quidem poſt externa illa nouæ militiæ ar
ſuſcepta, prima illi cura fuit, vitã ſancti Domin
ſtudioſè legere, eãque intimis animæ medullis i
primere, quò inclytum ſuum ducem viuis exẽp
imitaretur. Atque vt opportuno tempore Euang
lij doctrinam longè lateque diffunderet tam pe
naci ſtudio ſacrarum literarum lectioni incubu
vt continuò dignus habitus fuerit, qui Philoſoph

*Profitetur Philoſophiam.*

publica profeſſione alijs traderet. Quod ille mun
tanta facundia & eruditione tres continuos an
expleuit vt non mediocrem ex eo laudem conſec
tus ſit. Deindè Prior cæterique fratres vnò anim
Barcinonam eum mittere decreuerunt, vt diuin
illud ingenium altiſſimis omnium artium diſcip
nis imbutum vberiores in toto terrarũ orbe fruct
quandoque proferret. Barcinona autem Ilerd
antiquam celebremque Cataloniæ ciuitatem m
ſus, poſt octo annorum curriculum fuit, pro ſing
lari ſua eruditione à Benedicto Romanorum Po
tifice, Theologorum aſſcriptus collegio, vbi in
ſtudiorum illius tempora annos natus 24 opuſc

*Edit librum de Dialecticis ſuppoſitionibus.*

dit dialecticis ſuppoſitionibus admodum inſig
Indè verò à fratribus & amicis Valentiam reuoc
tus, publicas ad populum conciones habere cœp
tanto cum fructu vt ex vicinis etiã ciuitatibus m
ti ad eum confluerent, & ſub tam inſigni literar
ac morum præceptore proficere gauderent.

*Valentiæ & dæmones & homines ſentit infeſtos.*

At verò, vt copioſum toti ciuitati fructum a
lerit, tamen varias ibi & dæmonum & homin
pertulit inſidias. Nocte quadam precibus matu
nis cõſueto more abſolutis cum inſtanter virtut
perſeuerantiæ à Domino poſtularet, viſus e

abolus in ſpecie ſenis valdè venerabilis adſtare, qui ſe vnum ex antiquis Patribus eremi quondam incolis mentiebatur, & tanquàm multarũ rerum vſu peritus tantam vitæ auſteritatem in florida ætate omittendam cõſulebat. Quid enim, dicebat, hæc corporis maceratio tibi cõferet, cùm in ea ad vltimam ſenectã minimè perſeuerare potes. Quarè miſſam eam facito: & in ſola Chriſti gratia ac benignitate confide. Nec dubites quin facilè ab eo, ſi in aliquod delictum prolapſus fueris, gratiam cõſequeris. His auditis Vincentius primùm vehemẽti timore commotus fuit: ſed vt ſe ab eo nonnihil collegit & meram dæmonis fraudẽ eſſe deprehendit, facto Crucis ſigno inimicum in fugam cõpulit; qui magno cum eiulatu ac tetro fœtore relicto protinùs euanuit.

Dæmon ei apparet.

Erat Valentię mulier quædam tàm generis nobilitate quàm corporis forma præſtans, quæ ſuggerente diabolo, capta eſt amore ipſius Vincentij tam ardenter vt nullam aut animi aut corporis quietem habere poſſet, niſi cupitis eius amplexibus frueretur. Itaque poſt varias inſidias tempore & loco opportunis viro ſancto nequicquàm ſtructas, tandem grauiſſimam corporis ægritudinem mira dexteritate finxit prorsùs vt de ipſius ſalute conclamatum eſſe putaretur. Itaque vt cęleſtes iras maturè per ſalutarem cõfeſſionem auerteret, virum Dei Vincentium aduocant, qui pro ſua in proximum charitatẽ celeriter adueniens & cubiculum ingreſſus, cunctis qui aderãt, de more excluſis, cœpit puellam ad perfectum criminum dolorem veramque pœnitẽtiam adhortari. At illa, quæ tota erat libidinis igne inflammata, aures ſalutaribus monitis occluſas habebat, & tota mẽte verſabat, qua via modoque ad cupitos amplexus peruenire poſſet. Tandẽ poſt multa

Fœmina prouocat S. Vincentium ad libidinem.

verba vltrò citroque habita, cùm occultum ig
diutius celare non poſſet, omni formidine pudo
que depoſito corporis operiméta abijciens nud
ſe viro ſancto expoſuit, atque ad fœdam corpo
cómixtionem eum ſolicitauit. Sanctus verò C
feſſor impudentis fœminæ audaciam admiratu
ſcelus abominabile execratus, multa ſeueri
tam nefario opere eam abducere conatus eſt; ſe
perpetuam caſtitatem Chriſto Ieſu à teneris vo
ſe, neque poſſe facinus tam abominandum ini
tiam & contemptum ſummi Dei patrare ob
tus eſt. Quibus dictis magna cum celeritate ex
conſpectu ſe ſubduxit. At illa tali grauiter indi
ta reſponſo, tanquam altera Putipharis vxor,
mores contra virum Dei tollere conata eſt,
violenter eam opprimere voluiſſet. Sed ſum
Dei prouidentia, quæ ſuorum etiam honori co
improborum conatus conſulere ſolet, nequaq
paſſa eſt virum innocétem in criminis alicui
ſpicionem venire. Eccè enim vt primùm imp

Obſidetur à diabolo.

voces edere tentauit, inimicus, qui ei nefand
morem ingeſſerat, voces præcluſit, & miſeris
modis corpus eius diuexare cœpit. Multi ita
qui præ foribus cubiculi, præſtolabantur ing
cum apertis indicijs mulierem à dæmone obſ
viderunt, exorciſtas aduocant, & varia vndique
media exquirunt, vt eam à diaboli captiuitate
bertatem vindicarent, ſed fruſtrà. Dæmon
diuinorum verborum virtute fatigatus, niſi ille
uenerit, dicebat, qui per medias æſtuatis ignis
mas illæſus pertranſijt, certè huic loco non c
Hæc verba quamuis aliquam recuperandæ ſal
ſpem oſtenderent, nullus tamen idoneus ſatis
borum illorum interpres inueniri poterat. Tan

vnus illorum, qui forte aderant Vincentium accerſiri iuſſit, vt obſcuritatem verborũ illuſtraret. Ipſe autem, etſi nouas diaboli inſidias pertimeſceret, & difficilem ſe præberet, tamen Chriſto ſe commendans, precibus eorum parauit, ac miſericordiã Dei enixè pro mulieris ſalute in ipſo itinere precatus eſt. Vt autem in locum, vbi miſera laqueis diaboli conſtricta iacebat, ventum eſt, dæmon vlulatu teterrimo, En adeſt, inquit, qui in medio ignis non eſt æſtuatus; quo dicto, muliere ſemiuiua relicta, diſceſſit. Attulit hoc cunctis, qui aderant, ingentem admirationem, ac viri ſanctitatem multò in populo celebriorem reddidit.

Ad præſentiam S. Vincentij fugit dæmon.

Sed diabolus, qui fortem caſtumque animum eius frangere & libidinis contagione maculare ſe poſſe non deſperabat, aliam ſtatim viam modumq; machinatus eſt. Suggeſſit enim nonnullis (religioſi illi fuerint, an ſeculares incertum) vt mulierem quandam meretricem eximia forma prẹditam, pretio conductam in cellam eius introducerent. Captato igitur opportuno tempore impudica cellulam ingreſſa viro ſancto laqueos tetendit. At ille à conſueto orationis officio ad cellam rediens & fœminam in ea conſpiciens, ratus eſt eſſe dæmonem in ſpecie mulieris latentem. Illa verò, Noli, inquit, Vincenti, me diabolum exiſtimare, fœmina enim ſum, tui amore vehemẽter capta, conceptum amoris ignem cupitis amplexibus extinguere deſiderás. Quarè nihil dubita, & præſenti corporis mei voluptate fruere: Soli ſumus, manebitq; tibi ſanctitatis tuæ fama integra, neq; vnquàm hæc res ad aures aliorũ manare poterit. At Vincẽtius nihil neque comtis blandiſque ſermonibus motus, neque eximia eius pulchritudine motus: Abi, inquit, peſtifera, &

Meretrix in eius cellam adducitur.

Mulier eum ad libidinẽ inuitat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vndè veniſti, protinùs reuertaris, ne te diuina
dicta cōfeſtim inuadat, & debitas tanti ſceleris p
nas repentina morte expetat. Illa his verbis p
nùs ità immutata eſt, vt deteſtabile facinus ſ
agnouerit, & profuſa ingenti lachrymarum vi
niam humi proſtrata petierit, atq; deinceps ad
liorem ſe frugem receperit.

Contempta reſipiſcit.

Per illud tempus, apud Auionem Galliæ nob
ſsimam ciuitatem Benedictus Tertius decimus ſ
mus Romanæ Eccleſiæ Antiſtes degebat, qui
multa admodū eruditioni & ſanctitati tribu
tùm verò eum ſibi à confeſſionibus elegit ac m
ſtrum palatij Apoſtolici inſtituit. Ibi verò q
uis inter ſummos honores ac mundi faſtum q
diè verſari cogeretur, tamen eandem vitæ ſan
tem mille periculis expoſitam egregiè tuta
adeò vt corruptos etiam plurimorū hominum
res & ſceleratam vitam cùm doctrina tum e
plo ad optimas viuendi rationes reuocauerit.
borabat eo tempore eccleſia inſigni ſchiſma
borabat: Mortuo enim ipſo Clemente apud A
onem, vno omnium Cardinalium conſenſu, q
ipſa vrbe conſiſtebant, ipſe Benedictus ad illu
noris faſtigium euectus fuerat: ſed aliæ du
dinalium partes, alios duos Pontifices ſibi ele
prorsùs vt res eccleſiæ in vltimum diſcrimen
ctæ fuiſſent, niſi ſingulari ſua prudentia ac p
Vincentius, feſſis & inclinatis pœnè rebus o
fuiſſet. Nullis vir ſanctus laboribus parceba
diſruptum vnionis vinculum reſarciret: nun
liæ, nunc Hiſpaniæ regiones peragrabat, mo
giſmundum Imperatorem, modo Carolum
corum, modò Martinū Aragoniæ reges: ſæpe
Benedictum adibat: effecitque vt omnes ad

Fit Confeſſarius Papæ & magiſter palatij.

Schiſma inter Cardinales de eligēdo Pontifice.

le Concilium Conſtantiæ, præclara Germaniæ vrbe, conuenirent quò agitata tantis fluctibus Chriſti nauicula ibidem iactis concordiæ anchoris firmaretur.

Concilium Conſtantienſe.

Cùm hæc Auinione & Conſtantię gererentur, & quadam die Vincentius cum animo ſuo attentius pertractaret, quid ſibi in tantis rerum anguſtijs faciendũ eſſet, repentè acerrima febri correptus fuit, prorsùs vt de ſalute eius conclamatum eſſe putaretur. Duodecimo verò die, quo adeò grauiter laborabat, viſus eſt ei adeſſe Chriſtus mirabili claritate coruſcans, qui & corporis robur vtcũque reſtituit, & ingenti lætitia perfuſum ſui viſione mirificè recreauit. Comitabantur beati Patres Dominicus & Franciſcus cum innumerabili angelorum multitudine. Deindè poſt multa his eum verbis allocutus eſt. Conſtans eſto Vincenti, & iſtum mentis tuæ angorem miſſum facito. Ego enim optatam eccleſiæ pacem, & tibi ſanitatem reſtituam. Tu igitur, relicta curia, Euangelij prædicationi inſta opportunè importunè, ac populis extremum iudicij diem, opinione citius, affuturum denuncia. Nil te improborum hominum minæ & calumnię, nil aduerſariorum inſidiæ deterreant: quoniam me duce ac protectore cuncta pericula euades, & vberrimum verborum operumque tuorum fructum felici morte conſequeris. Hæc dicens genas beati Vincentij leniter in ſingularis familiaritatis ſignum tetigit: moxque adiectis multis, quæ ad inſtruendum militem ſuum erant neceſſaria, Chriſtus ipſe diſparuit. At Vincentius ſtatim reuocatis viribus, è ſtrato ſurrexit, rectaque ad Benedictum mentem ſuam expoſiturus perrexit. Qui animo ęgrè admodum affectus, nullum non mouit lapidem, quò eum ab ea mente

Chriſtus ei apparet.

Chriſtus mandat ei officiũ prædicationis.

reuocaret. Atque vt eum apud ſe detineret, m
honorum cõpedibus vincire tentauit. Primùm
lentinẽſem, deindè Ilerdenſem epiſcopatũ ob
Cumque oblatis huiuſmodi dignitatibus mi
flecteretur, poſtremò in ſacrũ Cardinalium n
rum, ſumma Patrum omnium volũtate & gra
tione, aſciſcere voluit. Sed vir ſanctus pari a
magnitudine ſummũ illum honoris gradum
ſcendere recuſauit. Tùm Pontifex viſa tam in
animi altitudine liberãtei euangelizãdi cum a
ligandi abſoluendique facultate, poteſtatem f

Recuſat Epiſcopatus duos & Cardinalatum.

Hiſce igitur dignitatum vinculis liberatus
centius Auinione primùm, deindè per vrbes &
las diuini verbi ſemina ſpargendo in Catalo
reuerſus eſt. Populus autem eum, non aliter q
vnum ex veteribus Apoſtolis, ſequebatur, atq
credibili quadam auiditate verba excipiens, m
eum obſequijs venerabatur. Stupebant cun
mirandam viri doctrinam, nec deerant tam
calumnias in eum iacerent, tanquàm nouarũ r
ſtudioſum, præcipuè quòd imminẽtem extre
dicij diem annunciaret. Sed illum nõ calumn
minum, non vitæ auſteritas, non maris & itin
pericula remorabantur. Ab anno ætatis ſuæ
drageſimo ad vltimum vſque vitæ terminum
ni verbi prædicationi (quamuis anteà mini
ipſum neglexerit) incredibili alacritate inc
Regiones varias peragrauit. Cataloniam, re
Valentiæ, Aragoniam & Nauarram quæ ſunt
teriore Hiſpania. Ex Hiſpania verò vlterio
cepta Gallitia & Portugallia, ſingulas alias
giones, vrbes & oppida ac villas circuiuit. E
lia, Delphinatum, Prouinciam, Sabaudiam, F
am, Burgundiam, Nortmanniam, Biturniam
u

Admiranda eius prædicatio.

Anno ætatis ſuæ 40 totũ ſe cõfert ad prædicandum.

uerniam, Flandriam, Albiam, Octauiam, Picardiã, Vaſconiam, Britanniam (vbi & feliciter migrauit, cùm doctrina tum virtute mirificè illuſtrauit. Italiam quoque & vniuerſas regiones vrbesque Pedemontij obiuit, atque multas Lombardiæ terras & ciuitates peragrãs, demùm Genuam venit, vbi vno non admodùm menſe cómoratus eſt. Præterea omnem illam maritimam circũquaque regionem luſtrauit. Decreuerat ſic paulatim progrediendo ac docẽdo in Tuſciam venire, & ſingulas Italiæ regiones perãbulare, ſed in portu Veneris conſiſtens, fuit ab Hiſpaniæ rege Ioãne, literis peramanter ſcriptis reuocatus. Itaque in Hiſpanias rediens poſt vberrimum animarum fructum ibidem factum in Gallias profectus eſt. Quo tempore Hẽricus Angliæ Rex fama mirabilium operũ eius permotus, miſſis nuncijs & literis, eum ad ſe allexit: vbi ſeminato Dei verbo minimè pœnitendos fructus fecit. Indè verò in Scotiam & Hyberniam, aliam Oceani maris inſulã diſceſſit, atq; tandem in Gallias reuerſus eſt. Reuocatur in Hiſpaniam.

Hiſce verò diſcurſibus egregia ſanctitas cũ magna vitę auſteritate coniuncta reſpondebat. Et quidem ſomni erat parciſſimus. Optimam noctis partem (quinque ſolùm horis quieti datis) in precibus aut ſacrarum lectionibus ſcripturarum trãſigebat. Mane ſacro Miſſæ officio, cum ſumma ſpiritûs attentione peracto, verba ſalutis ad populũ habebat. Indè oblatos ſibi infirmos ſigno crucis ſanabat, atq; vt populorũ ad ſe cõcurrentium deuotioni ſatisfaceret, manus oſculandas præbebat. Cibo vtebatur admodũ parcè, neque vnquã à primo ſuſceptę religionis die, carnium eſum, niſi euidẽs eum neceſſitas compuliſſet, admiſit. Vinum aqua benè dilutum ſumebat, idque ſemel aut bis & rarò ter, nunquã verò Eius diurna & nocturna exercitia.

poſt tertiam vicem bibere viſus fuit. Illud præte
pro edomáda carne & in memoria Paſſionis C
ſti à prima adoleſcentia obſeruauit, quòd ſing
noctibus funiculis quibuſdam corpus ſuum mu
cum lachrymis cędebat. & ſi fortè per ægritudin
id facere nequiuiſſet, à fidis ſocijs ſuis hoc fieri
lebat, eos per Ieſum Chriſtũ obteſtans, nè quid
bitarent, piam illam in eum crudelitatem exerc

Et quoniam maxima hominum frequentia
de loco ad locum eũtem ſequebatur, multos ſe
ſacerdotes religione ac doctrina præſtantes ha
bat, quorum officium in excipiendis cõfeſſion

**Nota de publicè pœnitentiam agentibus.**

vel maximè conſtitutum erat. Eos autem, qui
agenda pœnitentia eum ſequebantur, ſingulis
bus poſt Solis occaſum longo ordine per vrbes
datis tergis incedere volebat, in quæ flagellis a
ter ſæuientes, lugubri quodã hymno, quem inte
canebant, & ſe & alios ad veram cordis contr
nem excitabant. Inter quæ tãtus omnium luctu
oriebatur, tanta contritio, tanta religio, vt plur
locorum incolæ talibus flexi exẽplis in lachry
ſoluti, virum Dei ſanctamque eius ſocietatem
multa terrarũ ſpatia ſequerentur: adeò vt freq

**Miri hominum concurſus.**

ter ſacra illa ſocietas ſupra numerum decem m
um hominum excreuerit. Quin etiam tanta mu
tudo ad ſacras eius conciones confluebat, vt no
rò in locis campeſtribus octoginta hominum n
lia viſa fuerint. Ijs, qui ſtudio melioris vitæ e
hærebant, paterna ſanè cura ſuccurrebat: Elee
ſynas pro vnius cuiuſque neceſſitate diſtribui
ebat, quod ſupererat pauperibus erogabat. Obl

**Pecunias nõ vult recipere.**

pecunias nunquàm admittebat: vetabatque
quicquam, præter ea quæ victui quotidiano ne
ſaria videbantur, accipere. Quoties rem diui
fa

faciebat, ante ſacrorum myſteriorum communionem, tantam lachrymarum vim fundebat, vt nemo intuentiũ a luctu lachrymiſq; ſe continere poterat.

Porrò in vitiorum reprehenſione vt valdè terribilis ità viciſſim ſuauis admodũ extitit, adeò vt qui fructum ſermonum eius vel ſemel guſtaſſet, ſemper deindè ſiccis auidiſque faucibus ad eum iterum atque iterum percipiendum properaret. Hinc ex fidelium cœtu, qui perditis flagitioſiſque moribus in apertam peſtem & ſempiternum interitum ruebant, ſupra centum millia ad ſtudium melioris vitæ reduxiſſe fertur. Nec mirum ſanè. Tanta enim dexteritate peccati fœditatem detegebat, vt multi frequenter fulmine verborum eius exterriti, humi ſe proſternerent, & fœda animarum ſuarum vulnera, omni pudore poſt poſito, aperirẽt, eaque cum lachrymis ſananda præberent. Cùm verò de futuro iudicio, aut Chriſti Paſſione, vel horrendis inferorum ſupplicijs diſſereret, tantus ſtatim fletus audiebatur, vt ipſe nequaquã in inſtituto ſermone progredi poſſet. Iam verò quãto ingenij acumine, contra Iudæorum perfidiam argumẽta vibrauerit, quis pro dignitate explicare poterit. Certè hoc conſtat, quòd in diuerſis vtriuſque Hiſpaniæ vrbibus, ſupra viginti quinque millia ad Chriſti ſacra perduxerit, eorumque templa in Chriſti eccleſias conuerterit. Nec multò pauciori numero Saraceni, quorum in Hiſpania ingens eſt numerus, ignitis eius eloquijs incitati, ſacrilegam Mahometis ſectam deteſtãtes, ſacrum baptiſma perceperũt. Multa prætereà odia inueterata, multas inimicitias capitales ſopiuit, & diſſidentes indiſſolubili amoris vinculo cõiunxit. Teſtis huius rei vnum ſit ex multis. Erat inter duas Valentinorũ familias Solenorum videlicet & Centella-

Nota fructũ mirabilem concionum eius.

Supra 25000 Iudæorum ad Chriſtũ conuertit.

Hoſtili odio diſſidentes cōciliat.

tellarum tanta diſcordia & ardēs inuidiæ flam
vt variæ cædes fuerint vtrinq; perpetratæ, quæ
nulla arte vel induſtria extingui poſſet vnus V
centius eam cōpreſſit, animoſque hoſtili odio
ſidentes mutua concordia ſociauit. Meretrices,
nones, homicidas, piratas, vſurarios, blaſphem

Ingentē numerum perditorum hominū conuertit.

& huiuſmodi generis homines in ſceleribus pe
tos, millia plùs minùs quadraginta ad flagitio
agnitionem, & ad eos pœnitentiæ fructus, quo
prà expreſſimus, reduxit. Neque mirum hæc
quam videri debent, præfertim cùm in eo ſum
quædam eloquētia cum inſigni vitæ ſanctitate
taſſe videatur; Incredibilis ſententiarum grau
ſplendor nitorque ſermonis animos auditorum
ſpenſis tenebat, ſigna verò & clariſſima mira

Donum linguarum habuit Vincentius.

dicta confirmabant. Nec deerat donum linguar
veteribus olim Apoſtolis conceſſum. Accedeba
hæc omnia, vox ſic à natura formata, vt eam pr
bitu facilè expromeret, & remotiſſimas æque
propinquas aures percelleret. Tanta autem in
omnibus cupiditas eum audiendi, vt ijs horis,
bus ad populum verba faciebat, tota ciuitas ſ
retur. Opifices ab operibus ceſſabant. Docti
qui publica liberalium artium ſtudia profite
tur, à lectionibus vacabant. Quid multis? D
pariter & indocti ad conciones eius conflueb
nec ſine maximo fructu recedebant. Erat illis t
poribus tanta omnium contritio, tanta religio
ta in veſtitu honeſtas, & in victu parcitas, vt
cti tempora priſcorum Apoſtolorum redijſſe
marent.

Machoma Rex Saracenorum eum ad ſe accerſit.

Machoma rex Granatæ quamuis infidelis ta
audita fama virtutum eius, miſſis legatis eum
allexit, data fide, quòd liberè in ſuo regno

ſtum prædicare poſſet, non obſtante impia Mahometis lege, quæ ſummum nefas eſſe ſtatuit Chriſti legem ad aures admittere. Et quidem Vincentius ſalutis illius gentis auidus, confeſtim eò aduolauit, & cum incredibili tum regis tum aliorum Saracenorum attentione Chriſtum illis prædicauit. Iamque magnam populi multitudinē Chriſto genuerat, cùm ſatrapæ quidam felicibus adeò ſucceſſibus commoti, ipſi regi regni amiſſionem comminati ſunt, niſi maturè inſignem Chriſti preconem è finibus ſuis eijceret. Ea re compulſus Vincentius ad Chriſti oues reuerſus eſt. Magna erat illius apud omnes Chriſtianos principes, & purpuratos Patres auctoritas, adeò vt in rebus dubijs vnum illum tanquam diuinum oraculum conſulerent. Martinus & Ferdinandus Aragoniæ & Iohānes Hiſpaniæ Reges obuiam illi procedere conſueuerunt, quoties illius ad vrbem aduentus nunciabatur. In vrbibus verò tantus ad eum populi concurſus fiebat, vt obiectis ligneis cancellis eum ab importuno concurrentium acceſſu ſecludere deberent.

Summa illius apud Reges & Cardinales auctoritas.

Martinus Quintus Romanorum Pontifex, qui in Conſtantienſi Concilio, vno ſummoque Patrū omnium conſenſu (amotis tribus alijs quorum cauſa Eccleſia graui ſchiſmate laborabat) illo ſummæ dignitatis titulo decoratus fuit, ilicò per Antonium Montanum Theologorū omnium eo tempore facilè principem cōceſſam iam ante illi à Benedicto ligandi docendiq; poteſtatem cōfirmauit, eumque vt tanquā fidelis ſeruus & Chriſti Apoſtolus viriliter ſuo munere, vt cœperat, fungeretur, hortatus eſt. Erat eo tempore in Galliæ regione, quam Delphinatum vocant, gens quædam ferè barbara, & omni ſcelere contaminata, prorsus vt ab obſcœnis eius

Antonius Montanus ſummus Theologus.

*Vallis Putæ habitatores barbari & valdè flagitioſi.*

facinoribus locus iſte Gallorum lingua Vallis Pu
dicebatur, quod Latino ſermone Vallis fœta exp
catur. Ad huius gentis ferociam domandam mu
iam antę à Romanis Pontificibus viri pietate pa
ter ac eruditione pręſtātes miſſi fuerant, ſed om
vel malè ab indomita gente mulctati re infecta
dierant, vel ferro trucidati occubuerant. Hęc au
ens fortiſſimus Chriſti miles, cęleſtibus armis eg
giè tectus, eò proficiſcitur, pone religioſa illa
terua ſequente: vt videlicet eorum exemplo g
illa faciliùs ad contritionem prouocaretur. N
fruſtrà. Nam vt primùm eius in terram aduen
innotuit, certatim magna auiditate ad eum con
ere ac paucis pòſt diebus, omni ferocitate po
colla ſuauiſſimo Chriſti iugo ſubdere non recu
uit, tantiſque poſteà virtutibus alijs prælucere c
pit, quantis anteà ſceleribus fœdata bonis etiam
pijs tenebras effuderat: ea propter vir ſanctus c
ſtituit vt Vallis Puta mutato nomine Vallis P
vocaretur.

*Vincentius gentem ferā & indomitā ad ſanitatē reducit.*

Cùm aliquādò apud Valentiam Hiſpanię vrb
ad populum verba feciſſet, atque à concione mu
ad eum confluentibus benè precaretur, adfuit in
alios Alphonſus quidam vir cùm alijs virtut
tum iuris vtriuſque ſciētia admodùm clarus. E
Vincentius intuitus: Gratulor inquit tibi, opt
fili, quòd & patriæ & familiæ tuæ magno fis or
mento futurus. Summam enim inter mortales
gnitatem obtinebis, męque vita functum ma
honore afficies, & præcipua veneratione proſe
ris. Tantùm vide vt in virtutum ſtudio perſeue
Alphonſus auditis his viri ſanctiſſimi verbis,
nuè virtutibus accumulandis incubuit: ac pa
pòſt annis Valentinus Epiſcopus, inde Cardina
po

*S. Vincētius claret prophetiæ ſpiritu.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſtremò iam grandæuus præter omnem mortalium expectationem Pontifex Romanus creatur, dictus Calixtus 3. Tum verò non immemor, quæ ante annos quinquaginta ipſi prędixiſſet Vincentius, tertio Pontificatûs ſui menſe eum Sanctorum catalogo aſſcripſit.

Cùm Barcinone die quodam Dominico conciònem haberet, & maxima annonæ caritas cum extrema fame ijs in locis eſſet, vir ſanctus diuinitùs permotus ſubitò populum ad gratiarum actiones Domino perſoluendas hortatus eſt; Nam, inquit, ante Solis occubitum duæ magnæ naues tritico onuſtæ, in portũ vrbis veſtræ appellentur. Ijs verbis quamuis multi è populo inſperata lætitia exultarent, viri tamen grauiores, quibus Vincẽtij virtus necdum ſatis perſpecta erat, nõ modò nihil verbis illius tribuebant, ſed nõ minimam etiam ex ijs offenſionem hauriebant. Quin & Prior & fratres temeritatis eum ac dementiæ arguebant, quòd futilibus eiuſmodi ſermonibus (vt ipſi dicebant) miſerã plebem ad inanem lætitiam prouocaſſet. At ille cùm placidè reſponderet, ac in ſentẽtia permaneret vera eum dixiſſe euentus docuit, nauibus ante Solis occaſum ad vrbem feliciter appulſis.

Multa inſuper clarus prophetię ſpiritu alijs multò antè prędixit. Tribus fratribus diuerſis temporibus ac locis mortis diem ac horam aperuit, & ſalũtaribus monitis egregiè eorum ſaluti cõſuluit. Matris quoque & ſororis ſuę obitum longiſſimo ab ijs interuallo remotus cognouit. Longum nimis foret ſingula referre: ad miracula veniamus, quę ex multis pauca, maximam cunctis ſint admirationem allatura.

In villa, quam Morellam vocant, non multùm diſtan-

diſtante à Valentia, vir fuit & genere & virtuti
nobilis: cuius vxor multis quidem virtutibus
nata & eximia corporis pulchritudine prædita
rat, ſed per interualla quaſi furore correpta, ing
profectò & ſibi & ſuis adferebat periculum, cùm
lioqui ſibi reddita ſingulari prudentia & manſ
tudine polleret. Huius ad ædes, inuitante mari
cùm beatus veniſſet Vincentius, ſacra manuum
arum impoſitione eam quamdiu illic moratus
ab omni furoris moleſtia ità ſoluit, vt planè li
rata putaretur. Die autem quodam, marito cum
milia ad Vincentij concionem abeunte, illa cum
miliari quadam fœmina remanſit, vt redeunti
vnà cum Vincentio maritum exquiſito edulio e
peret. Intereà alijs abſentibus rurſus amẽtia co
pitur, & eccè infantem ipſa ſuum in fruſtra ſec
partem ad ignem coquit, partem in cœna reſer
Maritus autem à concione lætus domum redi
ab occurrente perquirit vxore, num in hoſpitis
uentum prandium paraſſet. Illa reſpondet pa
eſſe omnia. Rurſus marito ſciſcitãte an piſces co
modè cocti eſſent, imò ait, & cum piſcibus egr
as etiam carnes coxi. Inter hæc animaduertit m
tus illam ſolito more furijs agitatam, propr
mactaſſe filium. Tum verò horribilis clamor &
ctus exortus omnium aures animoſque percul
que ad Vincentium etiam peruenit. Ille audito
mani facinore protinùs accurrit, extentaque m
clamores & eiulatus compeſcit, ac diſſecta infa
membra afferri præcipit. Quibus allatis genu
ctit, paucis obſecrat Deum. indè crucis ſignum
cadauer exprimens: Ieſus, inquit, Mariæ fil
mundi ſalus & Dominus qui huius infantis an
ex nihilo fecit, eam in hoc corpus reſtituat ad

Immane facinus.

Reſtituit vitæ infantem in fruſta diſſectum.

dem

dem & gloriam nominis ſui. Hæc vbi dixit, infans, cunctis inſpectãtibus, protinùs reuixit. Alius quoque infans mortuus illi oblatus precibus illius ad vitam reuocatus eſt.

Valentiæ ſub ſacra concione mulier quædam ab ipſo ortu muta ad illum adducta fuit. Ille intermiſſa paululùm concione ſuſpiciens in cælum, Filia, inquit, quid vis? Reſpondit illa, Panem volo & loquendi facultatem. Tum ille, Panis quidem, inquit, inopia nunquam laborabis; ſed loquelæ officium noli in ſempiternam animæ tuæ perniciem expetere. Nam ſi hactenus loqui potuiſſes, iam dudum tuo ipſius vitio & corporis & animæ mortem incurriſſes. Abi igitur domum & mente Deum laudare ne ceſſes. Reſpondit illa: Faciam quod hortaris, pater: ſtatimque obmutuit, ac ſeptimo deindè anno vitam cum fœlici morte commutauit.

Quodam in hoſpitio quindecim panibus ſupra duo hominum millia vir ſanctus refecit, & vinum pœnè acidum in optimum mutauit; quod genus virtutis admodùm illi familiare fuit. Fertur etiam dæmoniacos ſupra ſexaginta diuerſis locis & temporibus curaſſe.

Fuit aliquandò puella quædam ſæuiſſimo obſeſſa dæmonio, ab octo viris ad beatum virum adducta, quæ horrendis clamoribus & ſæuitia cunctis terrorem incutiebat. Vincentius autem cùm ſolo verbo impotentem dæmonis vim in puella compeſcuiſſet, præcepit illi in Chriſti nomine, vt quando & quam ob cauſam puellam ita exagitare cœpiſſet, ediceret. Tum ille faſſus eſt ſe matrem puellæ ante ſeptennium incitare conatum, vt per ſummum ſcelus marito mortem inferret.

Illam

Illam verò cùm inſolitos in ædibus ſuis ſtrep
dæmonum nequitia excitatos audiſſet, euigil
ſeque Crucis ſigno, Chriſti & beatæ Mariæ Virg
nomina appellans, muñijſſe. Tum verò ſe contr
lam præualere non potuiſſe, ſed puellam Cruc
gnum negligentem inuaſiſſe. His auditis Vin
tius, iuſſit illum puella illęſa migrare: qui hom
li cum eiulatu ac fœtore teterrimo puella fere
ñimi relicta, exijt, quam Vincentius domum
ctam cibo potuque refici iuſſit: ac peccatis p
lutarem cõfeſſionem elatis hortatus eſt eam v
lioris vitæ ſtudio alias dæmonis inſidias vigila
ac prudenter declinaret.

*Puellã cruce ſe non ſignãtem occupat dæmon.*

Murciæ in Hiſpanijs ipſa Dominica Palma
Vincentio verba ad populum faciente, tres equ
domiti impetu in templum facto, ipſam cõcio
in effuſam fugam cõpulerunt, cùm vir ſanctus
ctos hortatur vt conſtanti animo gradum ſiſte
& Crucis ſigno inanem illum terrorem repell
Cumque multi eius hortatu gradum ſiſteren
ſanctus præcepit dęmonibus, qui ſub equorum
cie oculos hominum deludebãt, vt protinus
ñe læſo, vrbe excederent. Illis autem abeunt
Eccè, inquit, Vincentius dęmones illi ſub hom
quorum ſpecie latentes impotẽti dominatu v
hanc occuparunt, nunc verò eliminatijs multo
vitijs nouoque virtutum veſtrarum ſplendo
gati, conati ſunt quibuſdam perniciem adferr
Chriſto propitio illorum conatus irriti fuere
tamen ſine maleficio abierunt. Eſt enim int
fœmina quædam, cuius filia eorum fraude in
ñefariam incidit. His dictis ſermonem prof
eſt. Porrò mulier, auditis eius verbis, domũ
tulit, filiamque obſcenis cum quodam adole

*Dæmones in forma equorum appareat.*

*Stuprũ puellæ palam edicit Deo reuelante.*

ctibus occupatam inuenit. Id genus flagitij non
emel vir ſanctus per ſpiritum cognouit.

Haud procul Valentia pagus eſt S. Matthæi. In
o paucis diebus commorante Vincentio, dæmon
ecceſſit ſub habitu & forma admodum venerabilis
eremitæ, vltroque ſe obtulit ad aſſectandũ beatum
Vincentium cum alijs. Eum verò tota illa religioſa
caterua humaniſſimè recepit; cumque mira verſu-
tia iam omnium ſibi beneuolentiã conciliaſſet, ſen-
im ſparſit virulentos quoſdam ſermones, qui non
modo ſancti viri doctrinã, ſed etiam Catholicam
doctrinam læderent. Itaque catenis vinctus in te-
rum carcerem conijcitur, vltimo tanquàm hæreti-
cus, ni caneret palinodiam, afficiendus ſupplicio.
ſequenti die mittuntur qui explorent, num muta-
it ſententiam & nemo inuenitur. Referuntur hæc
d S. Vincentium, qui ſubridens ait: Nihil vos iſt-
æc res habeat ſolicitos: non enim homo ſed Satan
uit, qui fructum, quem multi veſtrum ex mea do-
trina perceperunt, corrumpere voluit.

Diabolus ſe ſimulat eremitam.

In quodam Cataloniæ pago ipſis ferijs Apoſto-
orũ Petri & Pauli, tam immanis & horrida ſubitò
empeſtas orta eſt, vt omnes ſe internecione delen-
os exiſtimarent. At vir ſanctus peracto Miſſæ ſa-
rificio, aqua benedicta ilicò tempeſtatem diſſipa-
it, & miram aëris ſerenitatem à Deo impetrauit.
Deindè prædixit ſimilem intra annũ tempeſtatem
xcitandam, & niſi Apoſtolorum principes pro eo-
um apud cõmunem Dominum peccatis interceſ-
ſent, ne germen quidem vnum in agris relictum
uiſſet. Vndecim ab hac prædictione effluxerant
enſes cùm horrida tempeſtas ſubitò adfuit. Fer-
ur autem ſæpiſſimè ortas tempeſtates Crucis ſigno
ompeſcuiſſe.

Tempeſtatẽ arcet aqua ſacrata.

In Galliæ oppido Carcaſona & alijs circum-
que locis menſibus admodùm ſex terræ illic
ma ſiccitate laboranti, cùm ſuis tum populi to-
precibus imbrem adeò copioſum è cælo detra-
vt eundem iterum precibus reprimere neceſſum
erit. Alijs inſuper ſtupendis virtutibus ac mira-
lis clarus admodùm fuit, ſed nos ea, ne nimia p-
xitate lectorem oneremus, ſtudio prætermitti-
atque ad vltimum eius vitæ actum properamu-

Pluuiam à Deo impetrat.

Igitur poſt luſtratas illas, quas ſuprà memora-
mus, regiones, eam demùm Gallię partem, qu-
tannia dicitur, ingreſſus eſt. Agebat tunc ætat-
num ſeptuageſimum, corpuſque eius tum ob-
ctutem, tum ob labores & cibi potuſque par-
niam vitæque ſeueritatem adeò confectum & e-
nuatum erat, vt abſq; adminiculo ægre poſſe-
bulare. Nec tamen quicquam de labore ſuo re-
tebat, ſed pro ſalute animarum gnauiter ſud-
Nulli hominũ ordini, nulli ætati vel ſexui fru-
doctrinæ & ſanctitatis ſuæ negabat. Neque e-
dumtaxat ætate prouectus, & ſublimium rerum
que diſciplinarum capaces erudiebat, ſed p-
etiam certis ad ſe horis euocatos inſtruebat, d-
eos quemadmodum ſe cruce ſignarent, oratio-
Dominicam & angelicam ſalutationem atque
dei ſymbolum enunciarẽt, Deum colerent, pa-
ribus & proximis quibuſque honorem haberent
debita officia perſoluerent. In dandis conſilij-
diuites pauperibus, nec ignobilibus nobiles a-
ponebat, ſed erat omnibus charus, omnibus v-
pius, benignus, amabilis, denique & venerabil-
mnibus. Maximè verò orphanorum, pupillor-
ac viduarũ ſe prębuit defenſorem, cõſultore-
moderatorẽ, nec ſolum animos eorũ verbo ſa-

Pueros vt inſtituerit.

s doctrinæ inſtruxit, ſed etiã ſanctis precibus ſuis
orbos & ęgritudines ab eorũ corporibus depulit.
Vxor Iohãnis Britãniæ Ducis Caroli Francorum
egis filia, multis annis infœcunda eius precibus & Fœcunditatem impetrat coniugi Ducis Britanniæ.
enedictione, amoto ſterilitatis malo, multos pe-
erit filios, atque in ijs Petrum eximijs virtutibus
luſtré, qui poſteà clariſſimus Dux Britanniæ mul-
ım operæ & laboris impendit, vt viri ſanctiſſimi
omen in Diuorum albo deſcriberetur. In Nanne-
enſi oppido hominem quẽdam 18 annos lepra mi-
rè vexatũ crucis ſigno ab ea calamitate liberauit.
Duobus verò annis in Britãnia minori expletis,
ũm iam deuecta penitus ætate, ad feliciſſimum il-
ud æternitatis iter tendere videretur, admonitus à
atribus vt in Hiſpanias reuerteretur, quô patri-
m ſolum, eius potius quàm peregrinum reliquijs
otiretur, eorum conſilijs non acquieuit: imò cùm
nportunis eorum precibus permotus iter ingreſ-
ſeſſet, diuina virtute Venetias redire compulſus
t. Ibi tùm morbo correptus fratribus ſuis obitûs
i diem indicauit, moxq; minutiſſimis etiam pec-
tis per confeſſionem ſacramẽtalem expiatis, inti-
a quadam hilaritate perfuſus, animam ſuo crea- Fœliciter migrat in cælum.
ri tradidit. Corpus eius fuit à clariſſima Britan-
æ Ducis coniuge de more ablutum, & in ſumma
le vrbis Venetiæ conditum. Sicut autem in vita
ı etiam poſt obitum multis admodum miraculis
arus extitit, quæ nos hic attexere nimia prolixita-
deterriti non audemus.

---

*ITA S. GVLIELMI ABBATIS ROSchildenſis in Dania, ex ea quæ eſt per eius diſcipulum conſcripta. Obijt anno Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo, ætatis ſuæ nonageſimo octauo.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN